



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum sit habitus bonus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

invenit, tempus, locum &c. secundum re: tam rationem: sicut pulchritudo non est aliqua qualitas, sed aggregatio convenientium, puta figurae, magnitudinis, coloris &c. & relatio non habet proprium principium actuum, ideo virtus moralis non est principium actuum bonitatis moralis. Et confirmatur quia relatio consequens necessario extrema, non habet propriam causam aliam ab extremis: sicut autem respectus consequitur extrema posita ex natura extremorum. Impossibile est enim aliquem actum sic conditionatum poni in esse, & rationem rectam non ponit in esse, cum ex natura extremorum consequatur in actu talis conformitas ad rationem rectam. Nos autem iam primum fundamentum in precedenti articulo remouimus, declarantes virtutem moralem adire suam habitum differentiam specificam, sicut hominem supra animal: & propterea consequenter facimus, quod virtus moralis in quantum est virtus moralis, est principium actuum moralium: ad secundum Scoti fundamenta dicimus, quod quod sit de essentia bonitatis in actu morali. an scilicet sit qualitas, an relatio, quantum ad propositum spectat, non refert: quoniam illud commune dicitur, quod relatio non habet causam actuum propriam, intelligitur de causalitate propria sic, quod terminetur ad ipsam solam, nulla enim causa activa facit solam relationem, cum quoniam stat, quod habet per se causam effectivam cum alio quod probat. Summum bonum in uno uero habet causam actuum per se intendente illud: sed ordo uniuersus est summum bonum in uno uero, ut patet in 2. Met. ergo habet causam actuum per se, conflat autem quod ordo est relatio. Præterea, Effectus proprius

te materiae, quæ est ens in potentia: potentia autem ad agere se tenet ex parte formæ, quæ est principium agendi, eo quod unumquodque agit in quantum est actus. In constitutione autem hominis, corpus se tenet sicut materia, anima uero sicut forma: & quantum quidem ad corpus, homo communicat cum aliis animalibus, & similiter quantum ad uires, quæ sunt animæ & corpori communes. solæ autem illæ uires, quæ sunt propriæ animæ, scilicet rationales, sunt hominis tantum: & ideo uirtus humana, de qua loquimur; non potest pertinere ad corpus, sed tantum ad id, quod est proprium animæ: unde uirtus humana non importat ordinem ad esse, sed magis ad agere. & ideo de ratione uirtutis humana est, quod sit habitus operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod modus actionis sequitur dispositionem agentis. Vnum quodque enim quale est, talia operatur: & ideo, cum uirtus sit principium aliqualis operationis, oportet quod in operante præexistat secundum uirtutem aliquam conformis dispositioni: facit autem uirtus operationem ordinatam, & ideo ipsa uirtus est quædam dispositio ordinata in animam, secundum scilicet quod propriæ potentie animæ ordinatur aliquam ad inuicem, & ad id quod est extra: & ideo uirtus in quantum est conueniens dispositio animæ, assimilatur sanitati & pulchritudini, quæ sunt debite dispositiones corporis, sed per hoc non excluditur quin uirtus etiam sit operationis principium.

AD II. dicendum, quod uirtus, quæ est ad esse, non est propria hominis, sed solum uirtus quæ est ad operationem, quæ sunt propria hominis.

AD TERTIVM dicendum, quod cum Dei substantia sit eius actio, summa assimilatio hominis ad Deum est secundum aliquam operationem, unde, sicut supra dictum est, felicitas siue beatitudo, per quam homo Deo maxime conformatur, quæ est finis humane uitæ, in operatione consistit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uirtus humana sit habitus bonus.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quod non sit de ratione uirtutis, quod sit habitus bonus. Peccatum enim in ma-

lo semper sumitur, sed etiam peccati est aliqua uirtus, secundum illud 1. ad Corinth. 15. Virtus peccati, lex. ergo uirtus non semper est habitus bonus.

¶ 2 Præterea. Virtus potentie respondet, sed potentia non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum, secundum illud Isai. 5. Vires, qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miserandam ebrietatem. ergo etiam uirtus se habet & ad bonum, & ad malum.

¶ 3 Præterea. Secundum Apostolum 2. ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur, sed infirmitas est quoddam malum. ergo uirtus non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. de moribus Ecclesiarum. Nemo autem dubitabit, quod uirtus animam facit optimam. & Philosophus dicit in 2. Ethico. quod uirtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

RESPON. Dicendum, quod si cur supra dictum est, Virtus importat perfectionem potentie. unde uirtus cuiuslibet rei determinatur ad ultimum in quod res potest, ut dicitur in primo de celo. Ultimum autem, in quod una quæque potentia potest, oportet quod sit bonum: nam omne malum defectum quendam importat. unde dicitur in 4. de diu. non quod omne malum est infirmum, & propter hoc oportet, quod uirtus cuiuslibet rei dicatur in ordine ad bonum: unde uirtus humana, quæ est habitus operatiuus, est bonus habitus, & boni operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut perfectum, ita & bonum dicitur metaphorice in malis. Dicitur enim & perfectus fur, siue latro: & bonus fur, siue latro, ut patet per Philosophum in 5. Metaph. secundum hoc ergo etiam uirtus metaphorice in malis dicitur. et sic uirtus peccati dicitur lex, in quantum scilicet per legem occasionaliter est peccatum augmentatum, & quasi ad maximum suum posse peruenit.

AD SECVNDVM Dicendum, quod malum ebrietatis, & nimie potationis consistit in defectu ordinis rationis. Contingit autem cum defectu rationis esse aliquam potentiam inferiorem perfectam ad id, quod est sui generis, etiam cum repugnantia uel defectu rationis: perfectio autem talis potentie, cum sit cum defectu rationis, non posset dici uirtus humana.

artis per se fit ab arte, sed ordo manifeste fit ab artibus. Videmus enim artes dolatius ad hoc tendere, ut ordinatæ & mensurate incident &c. & sic habitus uirtutis moralis facit ordinationem in actu. Unde in responsione ad primum in hoc secundo articulo litera dicit, quod uirtus facit operationem ordinatam. Quomodo autem hoc fiat, non est difficile uidere. si quis enim consideret, quod habitus uirtutis non causat seorsum a potentia, sed est perfectio potentie ad causandum actum ordinatum, uidebit quod potentia perfecta habet causam per se, intendendo non solum operationem, sed operationem ordinatam sic: & experientia teste conuenietur, quod est ratio illi potentie, quod cautelè regulatam operationem. & hoc, ut dictum est, manifeste liquet in artificialibus, quibus concipimus quid intreri agitur: unde fundamentum illud nihil facit pro Scoto ad propositum. Quod autem addit, quod relatio prima consequitur extrema, dignum admiratione uir: nam per extrema aut intendit absolute, aut relationes: hæc sunt quæ in questione nem ueniunt, a quibus causatur, puta, relationes singulæ ad tempus, ad locum, ad potentiam, & ceteræ circumstantiæ: si absoluta, falsum uideatur apud te, quod posito actu quod ad absoluta tantum, & recta ratione in esse oporteat sequi conformitatem: quamuis apud nos posita recta ratione in actu secundo &c. ut infra dicitur, impossibile sit legi actum difformem. sed hoc non est, quia relatio consequitur, sed quia talis effectus non stat cum tali causa. Dicit ergo, quod uirtus facit operationem ordinatam tanquam effectum proprium, & quod relationem habere sic effectivam per se cum, non inuenietur, sed oportet quod doq.

li. 2. ca. 6. in prin. tom. 1. ca. 6. tom. 5.

art. i. huj. q.

rex. 116. co. 2

227. 4. in medio, & clarior inter mediâ & 6.

tex. 2. lib. 3.

Super

Super Questionis quinquagesimae quintae articulum quartum.

In articulo 4. eiusdem quinquagesimae quintae questionis nota quod illa particula in diminutione uirtutis posita, Quia nemo male utitur, dupliciter exponi potest. primo ut sonat: & sic soli uirtuti formatae, aut quae non potest esse informis, conuenit. contingit enim uirtute intellectuali practica, ut arte & morali, ut temperantia, & infusa theologali, ut fide male uti etiam ut principijs, applicando eas ad actus proprios propter malum finem extraneum.

2. d. 27. ar. 2. & 3. d. 25. q. 1. ar. 2. q. 3. & ve. 1. q. 1. ar. 2. per ro. & ar. 9. ad 1. & 10. ad 11.

Et quoniam nihil horum habet perfectam rationem uirtutis, ut infra dicitur: ideo sic intelligendo, soli uirtuti simpliciter perfectae haec particula conuenit. Secundo potest exponi limitata, ut infra in littera fit: ita quod ly, male uti, importet actum proprium illius uirtutis esse, ut dicitur in responsione ad tertium: & sic ut in corpore articuli dicitur, haec particula conuenit omni uirtuti, & ponitur ad differentiam habituum qui sunt ad bonum & malum. & sic intelligendo diceretur, quod utens arte aut fide propter malum finem, non facit actum fidei aut artis malum, sed actum ordinantem illas facit malum: ac per hoc uirtute nullus male utitur, ut principio mali actus, quauis male utatur ipsa principiante bonum actum ordinando ad extraneum malum finem: quod tamen est impossibile in uirtutibus, quae non possunt esse informes: quia aut ordinantur in bonum aut desinant esse, si ordinarentur ad malum.

Ca. 3. in principio. Ca. 10. i. principio. In lib. de lib. arb. c. 18. & 19. c. 1.

In regu. c. 3. par. a principio & habetur, to. 1. & uerb. ap. ser. 15.

Colligit ex tracta. 72. in Ioan. to. 9.

Ca. 18. & 19. & pr. retrahit. c. 9. to. 1.

AD TERTIUM dicendum, quod tantò ratio perfectior esse ostenditur, quanto infirmitates corporis & inferiorum partium magis potest uincere, seu tolerare: & ideo uirtus humana, quae rationi attribuitur, in infirmitate perfici dicitur: non quidem rationis, sed in infirmitate corporis, & inferiorum partium.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uirtus conuenienter diffiniatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non sit conueniens diffinitio uirtutis, quae solent assignari, scilicet Virtus est bona qualitas mentis, quae recte uiuitur, quae nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Virtus enim est bonitas hominis: ipsa enim est quae bonum facit habentem: sed bonitas non uidetur esse bona, sicut nec albedo est alba: igitur inconuenienter dicitur, quod uirtus est bona qualitas.

¶ 1. Præter. Nulla differentia est communior suo genere, cum sit generis diuisiua: sed bonum est communius quam qualitas, conuertitur enim cum ente. ergo bonum non debet poni in diffinitione uirtutis, ut differentia qualitatis.

¶ 2. Præter. Sicut Aug. dicit in 12. de Trinit. * Vbi primo occurrit aliquid quod non sit nobis pecoribusque commune, illud ad mentem pertinet: sed quedam uirtutes, sunt etiam irrationabilium partium, ut Philosophus dicit in 3. Eth. * non ergo omnis uirtus est bona qualitas mentis.

¶ 3. Præter. Rectitudo uidetur ad iustitiam pertinere: unde iudem dicuntur recti & iusti. sed iustitia est species uirtutis: inconuenienter ergo ponitur rectum in diffinitione uirtutis, cum dicitur, Quae recte uiuitur.

¶ 4. Præter. Quicumque superbit de aliquo, male utitur eo: sed multi superbiunt de uirtute. dicit enim August. * in regula, quod superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. falsum est ergo, quod nemo uirtute male utatur.

¶ 5. Præter. Homo per uirtutem iustificatur: sed August. * dicit super illud Io. Maiora horum faciet. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. inconuenienter ergo dicitur, quod uirtutem Deus in nobis sine nobis operatur.

SED CONTRA est auctoritas August. ex cuius uerbis praedicta diffinitio colligitur, & praecipue in 2. de libero arbitrio.

RESPON. Dicendum, quod ista diffinitio perfecte complectitur totam rationem uirtutis. Perfecta enim ratio uniuscuiusque rei colligitur ex omnibus causis eius. Comprehendit autem praedicta diffinitio omnes causas uirtutis: causa namque formalis uirtutis, sicut & cuiuslibet rei accipitur ex eius genere & differentia, cum dicitur, bona qualitas, genus enim uirtutis qualitas est, differentia autem bonum. esset tamen conuenientior diffinitio, si loco qualitatis, habitus poneretur, qui est genus propinquum. Virtus autem non habet materiam ex qua, sicut nec alia accidentia, sed habet materiam circa quam, & materiam in qua, si subiectum. Materia autem circa quam est obiectum uirtutis, quod non potuit in praedicta diffinitione poni, eo quod per obiectum determinatur uirtus ad speciem, hic autem assignatur diffinitio uirtutis in communi. unde ponitur subiectum loco causae materialis, cum dicitur, quod est bona qualitas mentis, sicut uirtutis, cum sit habitus operatiuus, est ipsa operatio.

Sed notandum, quod habituum operatiuum alii qui sunt semper ad malum, sicut habitus uitiosus: alii qui uero quandoque ad bonum, & quandoque ad malum: sicut opinio se habet ad uerum & falsum. uirtus autem est habitus semper se habens ad bonum, & ideo ut discernatur uirtus ab his, quae semper se habent ad malum, dicitur, Quae recte uiuitur; ut autem discernatur ab his, quae se habent quandoque ad bonum, quandoque ad malum, dicitur, Quae nullus male utitur. Causa autem efficiens uirtutis infusa, de qua diffinitio datur, Deus est, propter quod dicitur, Quam Deus in nobis sine nobis operatur, quae quidem particula, si auferatur, reliquum diffinitionis erit commune omnibus uirtutibus & acquisitis, & infusis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod id quod primo cadit in intellectu, est ens: unde unicuique apprehenso a nobis attribuitur quod sit ens, & per consequens quod sit unum & bonum, quae conuertuntur cum ente, unde dicimus quod essentia est ens & una & bona & quod unitas est ens & una & bona, & similiter de bonitate. non autem hoc habet locum in specialibus formis, sicut est albedo & sanitas. non enim omne quod apprehendimus, sub ratione albi & sicut apprehendimus. Sed tamen considerandum, quod sicut accidentia & formae non subsistentes dicuntur entia, non quia ipsa habeant esse, sed quia eis aliquid est: ita etiam dicuntur bona uel una, non quidem aliqua alia bonitate, uel unitate, sed quia est eis aliquid bonum, uel unum. sic igitur & uirtus dicitur bona, quia ea aliquid est bonum.

AD SECVNDVM Dicendum, quod bonum quod ponitur in diffinitione uirtutis, non est bonum commune, quod conuertitur cum ente, & est in plus quam qualitas, sed est bonum rationis; secundum quod Dionysio dicit in quarto capitulo de Diui. nomi. * quod bonum animae est secundum rationem esse.

AD TERTIUM Dicendum, quod uirtus non potest esse in irrationali parte animae, nisi in quantum participat rationem, ut dicitur in 1. Eth. & ideo ratio siue mens est proprium subiectum uirtutis humanae.

AD QVARTVM Dicendum, quod iustitia est propria rectitudo, quae constituitur circa res exteriores, & in usum hominis ueniunt, quae sunt propria materia iustitiae, ut infra patebit: sed rectitudo quae importat ordinem ad finem debitum, & ad legem diuinam, quae est regula uoluntatis humane, ut supra dictum est, & communis est omni uirtuti.

1p. q. 50. Et 3. q. 7. c. 2. cor. dicitur q. 4. Et uel 14. artic. 97. Et uel 1. art. 3. c. 1. 11. 43. c. 1. b. ca. 38. c. 10m.

q. praeced. 4. & q. 4. c. 11.

x. 116. c. 2.

praecedent. artic. a.

AD